Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26228
Copyright: Admont, Benediktinerstift



3

ethymologiæ diuine leges principium habent. Et humane
a moribus. Lib ethymologiarum dicit. quia eo diuisa uocabula
exponunt. Est autem ethymologia origo uocabulorum cum ui
norum. Et ubi. per interpretationem colligitur. Cum igitur sepe usu
uenerit ut in interpretatione sua. Dum autem uoluerit unum ortum sit nomen.
cum autem ea intelligis. Sed et ethymologie nominum aut ex
causa date. ut reges a recte regendo. aut ex origine. ut homo
qui sit ab humo. aut ex nominum deriuatione. ut a prudentia
prudens. aut ex uocab. ut a garrulitate garrulus. Ineo
mq lib dicit ysidor. Diuine leges natum. i. principium a natali
iure habent. humane moribus constant. quia dum per furtum in consuetu
dine. Et ea in scriptis redacta sunt. lex uocatur. Si quid uero diuersum
lex diuina et humana ostendit. cum subiungitur. Insire p.
agrum alienum fas est. uel non est. i. quantum ad humanam legem non est
licitum insire. domino renuente. Et non permittente. quantum uero ad
diuinam licitum est. quia omnium. natali maxime iure communis
est possessio. Ius gentiale nomen est diuinarum et humanarum rerum
omnium. lex autem iuris est species. i. pars. Sub uno et iure plurime
leges continentur. Omne autem ius. legibus scriptis. moribus consensu
utentium approbatis. constat. mos autem longa consuetudo. plu
rium est. Et moribus paucorum recta tantum. Licet et mos et consuetu
do unum uidentur. inter se tamen differunt. quia mos in uno esse potest.
consuetudo autem non nisi in pluribus. Sed ne longe in ecclesiasticis hi
nomen consuetudo uagetur. ostendit Innocentius esse eiusque ecclesie
consuetudinem romanam apponi. cum ibi omnium ecclesiarum sit
caput. Consuetudo autem est ius quod a plurium hominum moribus

§. sic Ethymologia

Distinctio
Et Diuisio pars